

**8293** d. m. | T. Val. Aelianus et Sex. Ar|runtius Cicero exs par|ti-  
bus aequis sibi et suis | libertis libertabusque | posterisq. suorum | ex  
donatione Iuniae | Theophile.

*Roma Florentiam advecta (VI 27940 vidit Henzen).*

**8294** d. m. | Iuniae Eutychieae · M. Iunius | Decimianus filius et |  
M. Clodius Candidus maritus pro parte dimi|dia fecerunt et sibi libertis  
libertabusq. | suis posterisque eorum; item | Antonia Rhodine pro parte  
dimidia fecit | sibi libertis libertabusque suis posterisque | eorum; pro  
qua parte sua ex sarcofagis duobus | que sunt iuris eius donavit Claudio |  
Leonide marito suo unum quod est parte dex|teriori, ita ut in eo corpus  
eius poni possit.

*Romae (VI 20876 vidit Henzen excepta parva parte).*

**8295** d. m. | T. Flavius Heuretus | fecit sibi et | Flaviae Aeliane |  
filiae karissimae | et conlibertis suis | posterisque eorum | p. p. = =<sup>1</sup>, |  
et T. Fl. Philetus c. s.<sup>2</sup> p. p. = =, | et T. Fl. Epithymetus c. s. p. p. = =.

*Romae (VI 18100 vidit Henzen). — 1) Pro parte tertia (unciis quattuor). —  
2) Cum suis.*

**8295<sup>a</sup>** v.<sup>1</sup> A. Papius A. l. Hilarus sibi | et Papiae A. l. Secundae  
l. suae | et suis ex tótó pró parte tertia; | v.<sup>1</sup> Sex. Caesius Sex. l. Anoptes  
sibi | . . .

*Romae (VI 23810 aliquoties descripta saec. XVII. XVIII). — 1) Vivus.*

**8296** Q. Fictorius M. l. Heracleo | sepulcrum sive monumentum est |  
[ex<sup>p</sup>] tota<sup>1</sup> pro indivisa<sup>2</sup> parte sexta sibi | [et Ficto]riac̄e D. l. Anmiae et  
liberteis | [libe]rtaeque (sic) posterisque eorum.

*Romae (VI 47915 vidi). — 1) Expectaris ex toto, 2) item pro indiviso. Cf.  
N. 8520. In titulo VI 5, 5038\* quem tradit solus Ligorius, sed fortasse genuino  
dicitur fuisse: pro indiviso parte III et XII et XXXVI monume.*

**8297** iuris huius monum. | C. Rammi Conopis | et Mussiae Libadis |  
dimidium et duodecum<sup>1</sup>, | Alloniae C. f. Potitae | pars quarta<sup>2</sup>, | Proculeiae  
C. l. Má | pars VI<sup>3</sup>; sibi et suis.

*Romae, iam Florentiae (VI 15056 vidit Henzen; in parte aversa titulus Ti.  
Claudii Felicis). — 1) <sup>7</sup>/<sub>12</sub>, 2) <sup>3</sup>/<sub>12</sub>, 3) <sup>2</sup>/<sub>12</sub>. Cf. VI 27024: ex parte VI, . . . ex  
parte VI, . . . ex parte XXIII, . . . [ex] parte VIII. VI 26501: fecit ex parte quinta  
(in quinque titulis uno in lapide scriptis).*

**8298** libertis libertabus | posterisque eorum | ex familia nominis  
mei | Q. Patrius Q. f. Victor | comparavit, cui ius | monumenti huius  
concessum est | a filis et heredibus factoris. | In fronte p. XXVS, in agro  
p. XXX.

*Ostiae, iam Romae (XIV 4452 vidit Dellefsen).*

**8299** Aelia Doris | comparavit sibi et T. | Aelio Onesimo liberto |  
suo ex donationem Sex. Coeli | Fortunati iunioris mono|mentum Vibia-